

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

66. Columbæ collum: Ex Philone, de Temulentia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

## Item ex Tertulliano.

Tertull. I de  
gallo. Cata  
cata velles  
dilectorio  
panem. es.  
Inuic. pa  
tagata. au-  
tis. labata.

Vamquam & Pavo pluma vestis, & quidem  
de cataclisis, imo omni conchylio depref-  
sor, qua colla florent, & omni patagiō aurati-  
or, qua terga fulgent, & omni syrmate solutor,  
qua caudae iacent, multicolori, & discolori, &  
versicolor, nunquam ipsa, semper alia, eis si semi-  
per ipsi, quando alia, toties denique miranda,  
quoties mouenda.

## L V S C I N I A.

Descriptio. LXV.

Vsciniam, auditores, vnam ex auibus ma-  
xime solent iij, qui naturas animalium scri-  
bunt, admirari, quod in tam paruo corpusculo  
tam clara, tam suavis, tam magna, tam iucunda  
vox inueniatur: quod verno tempore, cam  
frondescere arbores incipiunt, diebus, ac no-  
ctibus perpetuis sine vlla intermissione canere  
soleat, vnde enim in avicula tam pertinax spi-  
ritus? vnde vis illa continet animæ, in ca-  
nendo tanta, & vna continuatione cantionis  
viuæ contentiones vocis, & remissiones con-  
tingantur: vnde tam artificiosa, tamque perfe-  
cta musicæ scientia, tam ingeniosa modulatio,  
tam gratus auribus sonus, qui modò in lon-  
gum continuo spiritu trahatur, modò summa  
quadam cum varietate flectatur, nunc conc. sa:

voce distinguatur, nunc intortacopuletur?  
Quid cum iterum vocem reuocat, ex integra  
comprehensione cantum edit? quid cum mo-  
dulos, nec inopinato, derepenteque commu-  
nat? quid cum ipsa secum iucunda, & tacita  
murmurat? nulla mchercule tam abstrusa, ram  
difficilis est cantio, quam non expimat lusci-  
nia, plenam, grauem, acutam, crebram, exten-  
tam, summam, medium, imam. Quid plura?  
Iam paruulis in fauibus omnia, quæ tanto la-  
bore, tanta industria, tanto studio, tot inventis  
instrumentis genera cantionum ars hominum  
excoxituit, integra, atque perfecta reperiuntur.

Vids Ge/nnerum in Luscinia.

Addo quæ habet Plinius lib. 10. c. 39.

Primum tanta vox, tam paruo corpuculo, tam  
pertinax spiritus. Deinde in vna perfecta Mu-  
sicæ scientia modularis editur sonus: & nunc  
continuo spirito trahitur in longum, nunc va-  
riatur inflexo, nunc distinguatur conciso, co-  
pulatur interro, promittitur reuocato, infus-  
catur inopinato: interdum & secum ipse mur-  
muratur: plenus, grauis, acutus, creber, extensus,  
vbi visum est, vibrans, summus, medius, imus.

Breueraque omnia tam paruulis in fauci-  
bus, quæ tot exquisitis tibiarum  
tormentis ars hominem  
excoita.  
mit.

## C O L V M B Æ . C O L L V M.

Ex Philone de temulentia.

Descriptio. LXVI.

To: αὐχένα τοι περισπεῖς οὐ μία καὶ δε-  
λαγάς εἰς περίστασαι, μητές χρωμάτων ἀλ-  
λαγήσθαι λέει, οὐδὲ τονικέσθαι, οὐ κυαθήσθαι, τον-  
ικότερος, οὐ διηπακοείσθαι, ἐπιζώντος, οὐ θρύ-  
ψθαι, οὐ ζλατανίσθαι έχει χρέωματα, οὐ  
οὐδέ τας κατίτεις πάσιον θέτει μηνημονίας,

Vidisti aliquando columba cervicem radijs  
solis expositam, quam multis modis colo-  
res variet, paniceum, ceruleum, igneum, &  
carbunculi speciem referētem, pallidum item,  
& rubicundum, & alios omnigenos, quorum  
ne vocabula quidem memorare sit facile?

H I R V N.